



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Stephanvs M. 25. Decemb.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

Stabulum, stipulae, panni arguunt: Bo-  
reas frigus pectoris accusat: Bos asinus  
que ingratum clamant: loquaces puelli  
lacrimæ, & è parvo pectore magni ge-  
mitus damnant. An fisto igitur me-  
reum? at iratum metuo. At infans est:  
risu placatur. Negant manus tam parva  
fulmen ferre: si ferre velint, fasciæ veta-  
bunt; Mater non feret. Et nunquid non  
pacem Angeli nuntiant? Quin quod  
blando insuper risu puer dulcissimus  
invitat, obvius etiam iturus, si pedes  
ferrent. Certe in amplexus brachiola  
offert. In tam amica vincula non cur-  
ram? Imò pedibus plumbum denique  
demo. Ite, omnia puero vos membra  
substernite. Fœnum etiam vos estis.  
I, culcitra lingua esto: aptior VERBO  
non potest esse. Et tu cor pulvillum  
præbe: tactu mollesces. Vos quoque  
ite suspiria, & algentem foveate. Ea  
brachia in fascias; in balnea oculi ab-  
ite. Denique ignoscite, qui aëra & ri-  
sticos mulcetis, silete Angeli. Præ om-  
nibus modulis vestris vox optima, vox  
vagientis placet.

## S. STEPHANVS M. 25. Decemb.

PRimus pro fide Christianâ sanguine  
suo STEPHANVS subscripsit, ul-  
purpati in calo agminis Antesigna-  
nus non immerito habeatur. Sapientiâ  
THEOQ; plenus, eoque ab Apostolis in-  
ter

EC.  
Bo-  
nus-  
uelli  
ge-  
ne  
s est:  
arva-  
veta-  
non  
quod  
mus  
edes  
niola  
cur-  
ique  
mbra  
estis.  
RBO  
um  
que  
Eja  
li ab-  
& ru-  
e om-  
vox  
emb-  
guine  
ut  
signa-  
ientia  
s in-  
ter

26. DEC. *Vita Sanctorum.* 699  
ter VII. principes Diaconos adlectus,  
mirum est, quām multis magnisq; pro-  
digiis sive Christianorū animos erec-  
tit, sive fregerit dejeceritq; Iudæorum.  
Et movit ea res bilem indurato ad om-  
nem malitiam populo, ut, veluti legem  
profanasset, in jus raperent. Sed ille pro-  
DEO, & se ita dixit, ut ad oculorū ver-  
borumque fulmina attoniti omnes hæ-  
rerent, jamq; non in hominē pugnare  
se, sed Angelum crederent. STEPHA-  
NVS hoc acris vīctis instare, tunc præ-  
fertim, cùm ad spectaculum cælo se ef-  
fundente, virtutis arbitrum ponè dex-  
tram Patris stantem CHRISTVM ha-  
bere se vidit. Itaq; cùm urbe exturbatus  
saxis obrueretur, in genua subsidens e-  
gregius triarius fortissimè omnia exce-  
pit; DEO identidē nunc se, nunc hostes  
suos commendans. Et licet horū cauſa  
pessima esset, tam bono tamē patrono  
perorante, veniam impetravit Saulus,  
non ita multò pōst CHRISTO conci-  
liandus, & in Paulum mutandus. Tam  
verum jam tunc fuit, martyrū sanguinē  
Christianorū semen esse. Ex Act. Ap.

S. MARINVS M. 26. Decembris.

A Ge Sparta, & vel omne juventæ tuæ  
Arborum cum unius adolescentis MA-  
RINI fortitudine compone. Hic Ro-  
manus, & patricius, flagra tamen ecce  
concoquit. Catenas ut torques induit.

Yy 2 Car-

